

Alte Drucke

**M. BALTHASSARIS || LEVTINGERI || AGRIMONTANI.|| DE
DVOBVS SVM=||MIS SCIENTIARVM GE=||neribus,
Philosophico nimirùm & Theo-||logico, aptè discernendis ...**

Leutinger, Balthasar

Frankfurt/Oder, 1587

VD16 ZV 27226

CAP. VI. Quomodo ambae facultates, seruata vtiusque, propietate in vero & necessario vsu retinende ac coniungende sint.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

*Quomodo ambae facultates, ser-
uata utriusq; proprietate in vero & necessario
usu retinende ac coniungende sint.*

Vltimum quod in hoc genere argu-
menti considerandum nobis relin-
quitur, eò magis diligentí opus habet
consideratione, quò minoris momenti
sunt ea, quæ hactenus allata sunt, nō co-
gnito usu, qui utrisque communis est, &
quem in hac parte latius explicaturi su-
mus: Neq; enim satis est, & Reipub. litte-
rariæ magnoperè confert, scire tantum
diversitatem & differentias, quibus à se
inuicem in ratione essentiali & formalí
longissimè separantur, nisi etiam, quo-
modo in usu altera alteri applicari, & ut
mutuas operas inter se collocent, rectè
coniungi debeant, addatur & cognosca-
tur, ad vitandum errorem, quo aliqui ex-
ignorantia veræ Philosophiæ imbuti, ex-
istimant, fieri non posse, ut absque iactura
fidei ac pietatis Christianæ locum habe-
at in Theologia, eiq; in ministerio ad sic
illa qualiscunque hominum sapientia,
cui vera religio & vera Euangeliū Lux
tan-

Pantum stultescit & offendiculo est: Quē errorem suum, ut aliquo veritatis prætextu ornarent ac venditarent, his rationibus stabilire conati sunt.

Primum ex autoritate ipsius sacræ Erronea &
scripturæ, à qua scilicet reprobetur, & fanaticæ suæ
ut vana, stulta & inanis reputetur. persicitione &
religioso &

Deinde quodd plerunque causa esse rum, operis
soleat multorum errorum & hæresium in nio.

Ecclesia, quibus doctrinæ Euangelicæ
veritatem non raro periclitari contigit.

Postea quodd in lege à Mose prohibi- E numerat
tum sit, ne dissimile semen in eodem agro mentorum
conseratur, hoc est, non diversa doctri- quæ pro se
narum genera in agro & vinea Domini, habere pos-
Ecclesia nempere, promiscuè conseminent.
tant.

Postea quodd Theologia, quatenus scientia diuina & omnium reliquarum suprema & perfectissima, reliquis inferioribus non communicit, neque hsdem necesse habeat ad sui perfectionem, quam aliunde accipit diuinitus à luce Dei, quæ tanta est, ut cognitionis excellentia reliquis inferioribus facilè adæquari vel æquiparari possit.

Quibus & similibus argumentis non recte intellecti & assumtiis ipsorum operis

Absurda, quæ inde nione falsa, impia hæc & absurdia conclusa sequantur, sa sequi necesse est, de Philosophiæ dono tām eximio, nimirūm quād simpliciter sit mala, atq; adeò homini Christiano vicienda, quæq; indigna habeatur, vt suo ministerio inseruiat Theologiæ, incip communem vsum, vt instrumentum cumpromis utile in enarrandis sacris literis adhibeatur.

Quibus concessis, quid reliquum erit de bonis artibus & disciplinis? Quid reliquum in Theologia, nisi inscitia extrema? Hoc genere erroris vanissimo aliqui nostri seculi homines decepti & demen-
Error Anabaptistarum & quorundam
dam simus
 tati, planè superstitiones ac pestiferas introduxerunt opiniones de vitanda Philosophiæ, bonisq; artibus & literis separandis excludendisq; à rebus Theologicis, perinde ac si nihil prorsus facerent ad cognitionem doctrinæ veritatis cœlestis, nihilq; commune haberet cum Theologia, quæ tantam à solo verbo Dei pendeat, & Fidei simplicitatem requirat, cùm talia sint in sacris, quæ credenda duntaxat, nullo autem modo argumentis & Philosophicis rationibus probanda ac confirmanda esse videantur. Sed quād dum insaniz processerint, quodq; ignorantia

rantiꝝ suꝝ præmium reportârint, posteꝝ
eventus probauit, vt tales scientiam
Theologican̄ nemo quis facilè sibi exo-
ptare debeat. Quò miqꝫ tamen sim-
pliçiores fanatico hoc errore decipian-
tur; sed rectius de operibꝫ Dei atqꝫ re-
bus ipsis, quas in vsum homini bonas con-
didit, sentire discant, nec temerè ipsum
Philosophiꝫ ac Theologiꝫ studium se-
grent ac diuellant, vbi diuellendum ac
segregandum non est, singulorum argu-
mentorum obiectiones, suprā allatas, ple-
niū examinemus, & ita ordine expenda-
mus, vt ex harum solutione & refutatione
simul appareat, qua lege societatis &
communionis inter se deuinctæ, sibi mu-
tuam præstare operam debeant, & qua
ratione seruata vtriusqꝫ proprietate, in
vero & necessario vſu amb̄ pariter con-
iungendæ & inseparabiliter retinendæ
sint.

Argumen
totum in
specie op-
positorum
refutatio
& solutio.

Primum itaqꝫ argumentum, quo Phi-
losophia proscribitur, & tanquam aliena
ex finibus Theologiæ en̄citur, huiusmodi
est, quod sacræ scripturæ autoritate niti i. Cori. 2. 3.
videtur. Et rectè quidem: Quid enim
ipſi tribuat, manifestum est in quibusdā
locis,

I 3 locis,

118 COLLA: PHILOSOPHIAE

Col. 2. locis videlicet, quod nihil aliud sit, quam
1. Corinth. Stultitia, nihil aliud quam vanitas & ina-
2. 3. nis deceptio, si nimis conferatur cum
 sapientia & veritate, quae ex Deo est. Ve-
 rum deponatur comparatio, & res aliter
 se habebit.

Nam quoties scriptura contemtim, &
 in malam partem loquitur de Philoso-
 phia, quam humanam dicimus sapienti-
 quo respet^t am, sciendum, semper id relativè vel po-
 etu eleuet tius respectu accipiendum esse, ut nimi-
 ac condes maet hu^r rūm opponatur diuinæ illi sapientiæ, quæ
 manam sa^r sola ad verā vitam salutaris est, & quam
 pientiam. Spiritus sanctus diuinitus per verbum
 operatur.

Nam quoniam diuersissima sint, ut ex
 ante dictis constat, alterā extolli, alterā
 deprimi necesse est, ne sit, in quo ambæ
 æ qualiter conueniant, & idem honor
 penes utramq; maneat; Sed alterutra
 earum, cui iure debetur, eò magis plenis-
 simè eundem occupet. Alioquin ab-
 solutè considerata, extra collationem
 Philosophia, pro eo ut donum & crea-
 tura Dei est, nil tale promeruit, ut sim-
 pliciter damnetur, reñciatur, & cum om-
 ni sua functione, qua p^{ro}stò adest Theo-
 logiæ

logiæ, ex vsu communi remoueatur. Sed alterum opponitur, quo cauſa multorum errorum in Ecclesia & velut nutricula omnium dissencionum in Religione vituperatur: quod an iuste fiat, & de natura eius hoc ipsum dici & affirmari possit ac debeat, altius paulò eam intropisci oportet. At verò hæc qualis fuerit, suprà in definitione expressa est, ut non opus sit, singula retexere. Partes tantum ac membra, quæ hūc facere videntur, rursum ad calculum reuocemus.

In quibus primū asseritur, quod sit facultas animi, qua mens humana naturaliter sua luce de vero & bono in natura dignoscit & iudicat.

Deinde quod hæc facultas, tanquā donum Dei quoddam eximiū homini concessa sit; & etiam relicta post lapsum, vt pliciter ma seipsum videlicet & vires suas hinc, & la suâ natuâ. quousq; ad summâ virtutem, suiç; perfe-
tione procedere posset, exploratū ha-
beat, iam verò si donum & creatura Dei,
quomodo mala & vitiosa per se reputa-
bitur,

bitur, cùm nil nisi optimum à Deo procedat: Prætereà, si lux animi semper de bono & vero, nunquam de malo & falso splendens, quomodo per se causa errorum esse poterit, si modò intra metas suas, hoc est, naturæ limites manserit: Nam aliás ita infirmata est per naturæ morbum, ut quò altius insurgere ntitur ad lucem Dei supernaturalem, quæ fide accenditur per Spiritum sanctum in verbo, eò grauius impingat, & imum versus recedendo eò magis densioribus ignorantia tenebris immagratur.

Si itaq; errores existunt, si hæreses & dissensiones in Ecclesia, causa non huic imputanda erit, sed illis, qui hac perpetram vtuntur, eamq; rebus ipsis rectè, appositè & distinctè accommodare nesciunt.

Tertium quod opponunt, eiusdem est farinæ. Neq; enim interdictum illud à Mose in lege factum, directè impugnat Philosophiam, & ipsam, prout fines suos tuetur, damnat: Sed quatenus vitio abundantium degenerat in imposturâ Sophisticâ, quæ pietatis ac religionis fines turbat, cœlum cum terra, humana cum diuinis cimpiè & indoctè miscens ac confundens,

III. Quartum, quia caput negotij

&

**Abusus
Philosop.
non ipsa
per se à Mo
se reñicitur**

& neruum totius disputationis continet, plenior an
dissoluitur, reñcitur & refutatur ex causis & rationibus, quæ nunc de integro re-^{theologia est} tone & sensu
texendæ & euoluendæ sunt. Sic enim tentiæ op-
contrarium statuimus, vt censeamus, vix ponitur.
vllum in hac vita reperiri posse, cui per-
fectissima & exquisitissima Theologia
concedenda sit absq; Philosophiæ admi-
niculo. Nam Theologiam dupliciter
consideramus; Vno modo simpliciter in
abstracto, prout tota spiritualis est, à luce
Dei inaccessibili pendens ac promanans,^{I.}
qua parte nullo equidem humano opere
& ministerio indiget ad sui perfectiōnem,
cū spiritu Dei, quē mūndus & quicquid est
in mundo, non capit, solummodo perfici-
atur, & in potentia & virtute verbi cœ-
lestis administretur. Alio modo in con-
creto, & prout competit hominibus in
hac vita, quæ corporalis est, & humanis
legibus astricta, adeò vt citra humanas
commoditates, quas secum vna cum reli-
quis mundi Elementis sustinet ac portat
in corpore terreno, consistere nequeat:
Qua parte multis instrumentis & admini-
culis opus habet, vt iusto incremento
subinde maiores faciat progressus ad il-
lam perfectionem, quam in altera cœle-

sti & spirituali vita ad plenū habitura est.
 II. *Proprietas* Idem hoc evidenter declarat proprietas
 tiae verbi cœlestis, quo omnē vim Theologicā
 cœlestis velut pāniculis & integumētis quibusdā
 inuolutam ad nos cœlitū demisit diuina
 Maiestas, quæ si infirmitati humānæ se ac-
 cōmodare noluisse, cui⁹ per omnia præ-
 clarè erat conscientia, haud ita humano more
 oracula sua tali genere eloqu⁹ formasset,
 quæ sensu & iudicio humano essent per-
 ceptibilia. Sunt enim eiusmodi, ut nō tan-
 tum corporeæ vocis humānæ instrumento
 efferri & literarū Elementis consignari
 queāt, quorū vtrumq; opus est, ad homi-
 nis nō Dei naturā pertinens, quippe quæ
 sit infinitæ virtutis : Veruntamen quæ
 ad maximam partem figurata est ex visi-
 sibilibus huius mundi, & h̄s, quæ in oculis
 nostros incurrit, quib. arcana regni
 cœlestis adumbrantur, & mens in re-
 rum inuisibiliū cognitionem subducitur.
 Quare ut proprietas verbi doctrinæ
 cœlestis rectè percipi & intelligi possit,
 simul etiā rerū, quæ sunt in mundo, cogni-
 tio exacta vtiq; requiritur. Porrò in hac
 consideratione falsum est, quod insertur
 de ipsius cognitionis excellentia, quam
 aliarū sententiārū, quæ infra se sunt, re-
 spe

spectu, habere dicitur. Detur sane cognitio perfecta, qualem in futuro seculo expectamus, & erit forsan, ut omnium aliarum rerum, quae sunt infra Deum, simul hic vita nostra habeamus cognitionem perfectam. At omnibus modis perspecta, nobis imaginamur talem Theologiam, cuius cognitionem sequatur cognitione omnium aliarum, quae infra se habet. Quod diuina sit atque adeo omnium supremorum, quae finis & perfectionis cuiusdam rationem obtineat, respectu omnium inferiorum, vltro fatemur. Nee tamen ita, Theologia ut reliquis inferiorib. συγένεις quadam quonodo communiceret, easque sub se ἑταλλάσσεται. & q̄o respectu omnium scientiarum superiorum, principiorum participat, quod minus sua prema communitate dividua esse queat in reliquias inferiores tanquam species quasdam; sed tantum causa principatus, quē in contemplatione Veri & Boni summis sola sibi vendicat, & qua ratione omnes ad unum nisi ratione quoddam commune ordinis ratione referri oporteat, à quo videlicet tanquam superiori, reliquias inferiores & minus perfectas, suā scientiarū perfectionē expedit ac mutuenter. Nā respectu, ut Scientia Theologica ad unū principiū Deum

Deum nempe ipsum, qui est principium principiorum omnia reuocat: Ita quoque ad hanc, velut ad unum principale, reliquas omnes reuocari oportet. Omnes enim quoniam veritatem suam principis quibusdam acceptam ferant; Multitudo autem principiorum ad unum primum & simplicissimum reuocanda sit, cuius contemplatrix est Theologia, consequens est, ut penes hanc quoque principatus sit omnis veritatis, quodcū instar Dominae cuiusdam, latissimè regnantis, suæ veritati subiectas habeat reliquias, tanquam famulas quasdam, quæ imperfectionis suæ sibi quasi conscientia, omnem suam veritatem principi huic scientiæ quodammodo ascribere, eiçq; submittere debeant, pro eo, quod primi omnium principiorum principis sit contemplatrix.

Proinde non sequitur, ut cum unum generale non sint, nihil etiam commune vel coniunctum inter se habeant, & Theologia, ratione principatus ad sui perfectionem, reliquarum infra se adminiculo non opus habeat.

Omnino hæc aliter in seipsa considerata habet, ut suam perfectionem metitur ex caussis & principis, quæ sunt supra natu-

naturam, & à Deo solum profiscuntur: Ab eiusde
 Aliter ut ἐκ προτέστως cum homine, cui attribuitur, in hac vita, consideratur. Neque enim Deus humana transfert in diuina immediatè; sed ordinem seruat, quē exequitur certis medijs, ad hoc in naturā deputatis: Sic verbum scripturæ, quod humano more Deus locutus est, & Ecclesiæ suæ tradidit ac demandauit, medium quoddam est & instrumentum, per quod seipsum atq; adeò infinitam suam sapientiam nobiscum communicat, quod etiā fidem solummodō requirat; Tamen fidem non brutalem aut irrationalem, quæ sit sine sensu & intellectu; sed fidem cum virtute coniunctam, quæ comitem habet scientiam & cognitionem eorum, quæ ad intimam Dei & hominis naturam spectant; Vnde sapientia demum profiscitur; quæ Theologizæ propria est; cuius causa pri maria licet sit Spiritus sanctus; Tamen nō nisi per doctrinam & eisdemodi verbis interpretationem, quæ spirituali sensu, pro humani ingenij capacitate intelligi ac iudicari possit. In hunc usum videntur diuinum sermonem ita aptatum & temperatum esse, ut quantum ad sensum &

Fides Christiana quæ sis & cuiusmodi sit naturæ.

2. Pet. 1.

sum & habitum exteriorem attinet, extra conditionem humana non egrediatur, ut merito nihil aliud sit, quam sapientia Dei inexhausta cum humanitatis ratione temperata, ut & alibi diximus. Nam humana imbecillitas, cum ad Deum ascendere non valeret, necesse erat, ut ille ad nos propius descenderet in verbo suo, immo ipsum corpus humanum assumendo, se capti nostro humanitas accommodaret, praesentiusque nostris metibus insinuaret, quae de se cognitu essent necessaria. Quapropter Theologia, quae coelestia tractat, cum, quae in hos oculos non incurruunt, ea ad credendum nobis proponit, non aliter quam humano more de his differit, & veritatem doctrinæ coelestis inquit, non aliter, quam per sermonem, qui cadit in sensum & iudicium humanum, quemcumque hoc naturæ opus, sensibus expositum, in frequentiori vsu ad maiorem partem mini-

Invisibilia strat, quatenus nimirum hinc typi, figurae per visum, umbras, & imagines sumuntur, quibus sibilia in scriptura delineantur res spirituales & coelestes, frequenter mystice ad, etem humanæ indolis intelligentiam defensum, rursum, & vt percipi possint, ad sensum extonuntur.

Quis autem non videt ad fidem Chri-

Itianam, quæ firma intelligentia est co-
 rū, quæ creduntur, plurima hoc modo per-
 tinere requisita, ipsicq; adeo Philosophiæ
 humanæ latissimū patere campum, in quo
 vim suam utiliter exerat, atq; in commune
 auxilium ita cōmunicet Theologiæ, ut ipsi
 tanquam dominę fidelia obsequia multis
 modis præstare teneatur. Nā facultas in-
 telligendi humana cùm ita sese habeat, vt na intellig
 seipsa in primo ortu nihil intelligat acū, gendi fas
 sed eam, quam habet potentiam & effica-
 tiā intelligendi de omnibus, subinde ex-
 ercere cogatur, per participationem atq;
 habitum formarum intelligibilium, quib.
 magis atq; magis expolienda atq; perfici-
 enda est; ecquis erit, qui iustā & cōmodā
 S. S. ερμηνεῶν seu interpretationē sibi su-
 mere ausit, rejectis & repudiatis h̄s admi-
 nūculis & ornamentis, quæ Philosophia
 subministrat. Quid Spiritui sancto sit tri-
 buendū nouimus, cui omnis honor meritis
 tō est deferendus, siquidem is vt scriptu-
 rx proditꝝ autor est; ita eiusdē vnicus &
 fidus interpres, imbuēs omnium fidelium a-
 nimos sana & recta verbi sui cognitione,
 vt iuxta Prophetꝝ vaticinium, omnes
 sint θεοδίκαιi. At non propterea Theo-
 logia immunis facta est ab omni Philoso-
 phiæ præsidio, adeo vt nullo eius mini-
 sterio

Ab huma
gendi fas
cultate.

προκατά.
λατις.

7.
A modo insitutoris
 quo Spiritus sanctus sanctus utitur in Ecclesia.
 sterio vterius indigeat: Tale enim quidquid ad modum institutionis pertinet, qui nunc exoleuit, quo aliquando Deus usus est, ad firmandam ac stabiliendam suam doctrinam in Ecclesia, quæ postea, quam his seculis ita confirmata est, & tam altè radices fixerit, ut nihil insuper noui addi, aut designari in hac vita necesse sit, dehinc non alio modo, quam illo vulgari utitur, quem, mediante verbo, in vera & salutari eiusdem verbi cognitione & usu subministrat. Hac verò in parte, quid & quantum debeamus Philosophiæ in reliquis, quæ supersunt, cursim ac breuiter persequemur ac planum faciemus. Docet Spiritus sanctus per verbum, quod, ut paulo ante dictum, ad habitum humani sermonis comparatum est: Sermo autem quia nota & Symbolum rei, quā cognoscimus, & s̄xponeremus tām in vocibus ipsis, quam in locutionibus ac loquendi proprietatibus, vis maxima abscondita sit, sermonis natura utique cognoscenda est, non tantum, ut natuum & genuinum sensum verborum habeamus; sed per hunc res etiam ipsas, qualis quæq; sit in suo ordine & natura, & ut se quoque ad alia habeant, dextre intelligamus, appositi teq;

8.
A sermonis natura.

Eq̄ vbi res & necessitas postulet, ad a-
ios exponamus.

Quod sanē, vt fieri possit, linguarum cognitio requiritur, & id genus artis, quę in varietate linguarum proprium cuiusque linguae Idioma, & rectam de qualibet re eloquendi rationem monstrat: Quę quoniam pars Philosophie, patet, quodd ad sacrę scripturę tractationem imprimis sit necessaria. Deinde quoniam sermo à rebus dependeat, non tantum natura sermonis; sed etiam res ipsa & eius circumstantia accuratè examinanda est, quod certi simus de vera & genuina, quam præ se fert oratio vel intentio scriptoris, sententia: Et maximè sicubi res dubiæ & obscuræ incidunt, vt tām veritas rei, in varietate opinionum cognosci explicetur. & defendi, corruptelx & falsitas monstrari ac refutari queant.

A rebus ipsis sermoni repraesentandis ut dexter

i. cap. 5.

z. cap. 2.

Ad Timo-

theo-

logia

franciscus

stiffoni

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

digestaq̄ suis quibusdam argumentis cōuenienter probandi, ut quælibet materia recte definita, dividendo, argumentando, apteçp̄ argumentorum membra connectendo, per inuentionem veri, nec non veri à falso discretionem recte cognoscatur, dextrè intelligatur, appositeq; & perspicue explicetur.

Quod cum artes dicendi potissimum persicere, quis commodam & perspicuam sacram litterarum explicationem si en posse castineret, absque hoc Philosophiae instrumento. Porro in sacra scriptura quicquam de Christo & regno eius spirituall & prophetico eruditur, ad maximā partem mysticam est, hoc est, non aperte sed ut reip̄la eit in absoluata ei veritate, sicut forma vmbrae modo per ænigma ad sensum & captum nostrum proponitur, sub involucris & vestigis rerum conditum & in natura visibilium. Nam in veteri lege, sicut cognitio Dei, relata ad fidem Euangeli, de communimodo, typica fuit per typos & simulachra rerum externalium adumbrata; Ita nunc nondum apparente, quod futuri sumus, similiter ænigmatica habetur, relata ad lucem & claram notionem, quæ in gloriam trans-

Ab externis
diuersi s.
monis his
bitu & my-
stica forma

translatis affulsura est. Scriptura itaq; in
proferendis & exponendis abditis regni
cōlorum mysteriis, cūm ita sit tempera-
ta, ut subinde necesse habeat instituere
collationem rerum humanarum & diui-
narum, & mutuari quædam ab hac vissi-
bili creatura, quæ typos & simulachra
ministrat ad invisibilia, quis existimet abs-
quæ iusta rerum naturalium cognitione,
quam præbet Philosophia, accedendum
esse ad commodam & illūstrem sacrę scri-
pturę interpretationem: Deniq; subie-
ctum Theologiz, cūm sit Deus & homo,
utriusq; certè naturam benē perspectam
Theologum habere oportet: cumq; ma-
xiimè circa hominem se occupet, ut huius
casu & resurrectionem; huius pecca-
tum & medendi eius medicinam; huius
vanitatem & reparandam salutem benē
inculceret, atq; ob oculos ponat, quis ho-
rum aliquid rectè intellexerit, non co-
gnito homine intus & extra, corpore &
anima, secundum omnes vires, potentias,
motus & impetus naturales, quos Philo-
sophia paretur, & in scriptis Philoso-
phorum, velut in speculo, repræsentan-
tur.

Atq; ex his causis vsus Philosophiz
K. 2 euin-

A subiecto
seu materi-
ria circa
quam ver-
satur Theos-
logia.

Præmisso/
 rum Argu/
 mentorum
 generalis
 subsumptio
 & conclus/
 sio.
 euincitur necessarius & à Theologia in-
 separabilis, tantū abest, vt reñci & peni-
 tūs extra Theologię fines, tanquā aliena
 & vitiosa, exterminari debeat. De reli-
 quo vſu, quem non necessitatis; sed or-
 natus tantum cauſa offert in Theologia,
 deq; vtilitate & necessitate, quam in reli-
 qua vita, cui potissimum consecratur, ho-
 mini cōfert, plura hīc, vt de remanifesta,
 dicere supersedemus. Tām igitur in illa
 diuersitate, qua distant inter ſe, non ſibi
 mutuō aduersæ & contrariæ ſunt, quam
 alia res & creaturæ quibus fruimur, in
 hoc mundo, ipſi regno & Ecclesiæ Chri-
 ſti ſunt diuersæ & contrariæ. Ac li-
 cet propriè non ſit de ratione Ecclesiæ,
 prout corpus ſpirituale eſt Christi, capi-
 tis ſpiritualis, neq; de ratione Theologię,
 pro eo, quod diuinitas inspirata eſt; Ta-
 men in hac vita donec peregrinamur in-
 ter infirma & egena mundi Elementa, vt
 Paulus loquitur, non minùs hac, quam
 reliquis humanae vitæ commoditatibus
 carere potest. Ac non pugnare inter
 ſe exempla sanctorum hominum hoc in-
 ſuper attestantur, qui hoc dono vſi ſunt;
 & nec in gentibus prophanis contem-
 ſunt: Moses in Ciuitibus, Iehonem ho-
 minem

Theol. &
 Philoso.
 facultates
 inter ſe di-
 uersæ, non
 contrariæ.
 2. Corin. 5.
 Gal. 4.

minem incircumcisum auscultauit, Exod.

18. Salomonem non puduit cum gentili. Ab exemplis de sapientia naturalis intelligendae prolo sancto arcanis commentari, ut ex 3. Reg. 4. clausum hominum est.

Apostolus Paulus non veritus est, ad Athenienses, Græci Poëtæ citare te-

stimonium de Deo, τὸν γαρ καὶ γένος ἐστιν, id est, Et huius Dei nempè, progenies

sumus, Acto. 17. Quod sanè testimonium

singit ipsum naturæ, lumen, ut idem Apostol. ad Romanos 1. testatur, quando co-

gnitionem naturæ veritatem Dei, homi-

nūm generi diuinitūs ostensam, appellat.

Atque eò magis studiosè eam amplecti

& venerari oportet, quod præstantius do-

num præ reliquis in natura existit, & quod

propriùs fidi obsequio & ministerio in

familiarem usum ac consuetudinem ve-

nit, cum Christiana nostra Theologia;

non transeundo limites, quos sibi præsi-

xos, ac præstitutos habet, & dotes suas

non superbè efferendo, contra sapienti-

am Dei; Alioquin præuaricata est, nec

amplius ei Philosophia, sed inanis sophi-

sticæ nomen debetur, meritoq; velut fo-

mentum ac seminarium omnium hæresi-

134 COLLA: PHILOSOPHIAE
um à Mose reñcitur & vituperatur tan-
quam aliena, & quæ fallacibus tantum ac
vanis Sophismatibus incautos circum-
ueniat, & circumuentos à vero in erro-
rem abducat.

Hæreses vñ
de.

Nam hæreses omnes quotquot ori-
untur in Theologia, ratio humana indu-
cit, & quidem bifariam, vno modo, quan-
do verbo Dei postposito, sua sequitur
sonnia & figmenta, cuiusmodi est Ma-
thematica, & similiūm: Altero modo,
quando falso verbi prætextu ipsa quo-
que ratio per se delitat, & superstitione
decipitur, qualis olim Anabaptistarum
fuit, & similiūm, qui fanatico Spiritu a-
guntur.

Vt verò vtrumq; vitetur; Et nève ad
dextram, nève ad sinistram ratio exorbi-
tet atq; à vero aberret, fines ipsi ac metæ
à Deo positi sunt, intra quas retinenda
ac cohervenda, accienda & exercenda
est. Illæ verò cuiusmodi sint, quatenus,
quantum & quod denique ipsa ratio suæ
intelligendi vi ac splendore sese extendat,
in præcedentibus sati abundè explana-
tum est: Nimirum, quod naturæ captum
non

non supereret, & in rerum cognitione prospicienda naturæ limites non egrediatur; Fines ac
meræ Fhi,
tantum Iosophiz,
Quodq[ue] suo lumine rebus, quæ huic seculi sunt, benè administrandis, parandoq[ue] virtutem humi-
us temporalis, quæ erit in facienda re parandoq[ue] victu, in gubernanda familiæ, & administranda re priuata & publi-
ca, ad decus ciuilis iustitiae, adiuta vi-
mentis & p[ro]p[ri]etatibus, qua rerum naturas,
partes, vires, causas, & quæ his sunt
affinia & contraria, timatur, cuncta amo-
biens contemplando.

Hæc, inquam, meta est, & terminus, in quo cursum suum peragit; & quid possit facultate operandi, vires suas explo-
rat, ac metitur, in quo si licentia suo in-
genio indulget, & singula pro suo arbi-
trio & iudicio statuit, toleratur, & mindus
ad animæ salutem erratur.

Jam verò in hac depravata natu-
ra, in qua Dei beneficio adhuc conser-
vatur, cùm præter hunc principalem su-
um finem, hoc etiam commodi habeat,
vt usui esse queat in h[ab]s, quæ ad pietatem
Christianam & salutarē verbi diuini co-
gnitionem promouendam spectant, hic
quicquid boni consert, non à seipsa

K 4 & de

hic quicquid boni confert, non à seipso
 & de suo confert; sed aliundē mutuō ac-
 cipere necesse habet, nempē à Magistra
 & Domina Theologia, cui religiosē au-
 scultat, & fideliter tanquam famula ac-
 pedissequa seruit ac famulatur. Ideoq;
Distincta
officia ser-
uanda, nec
Theolo,
quod Phi-
losophia
proprium,
nee ē con-
trā.
 accuratē prouidendum est, ne extra
 metas suas erumpat, audacter & temera-
 scribendū, rię, quō diuersa doctrinarum genera
 tanquam limites confundantur; Ita ut
 reiectis & neglectis fundamentis scriptu-
 rarum & principijs, quę sunt Propheta-
 rum & Apostolorum scriptis compre-
 hensa, hs; quę sibi & captui humano vi-
 dentur probabilia pro principijs Theo-
 logicis vtatur, vnde prodat Sophistica
 impostura, quę fastu, arrogantia, & er-
 rore vanę persuasionis nihil non ad su-
 um arbitrium reuocans, temerē omnia
 misceat, ex quo demum Theologię de-
 prauatio nascatur, & sic omnis generis
 errorum, dissensionum, ac præpostera-
 rum opinionum, velut mater & nutricula
Usus Phi-
losophia
in Theolo-
gicis du-
citur.
 existat in religione & Ecclesia. Quin
 potius ita in subsidium assumatur, vt vel
 simpliciter instrumentum sit, in quo &
 per quod Theologia in enarrandis sacris
 literis sit operosa: Aut si quid in explo-
 ran-

randis suis viribus molitur, quod ad sui aliquam perfectionem tendat, regatur illa totius trā Epilogus non iudicio cānis, sed spiritu Dei, vt stationis. pēdagogus ad Christum, cui seruiat non dominetur; cui submittat se, non insolenter dotes suas efferat; huius sapientiam, vt vmbra corpus, sequatur, non vt lux præcedat.

Quod vbi sit, tūm isto dono tutō utimur, & quę tali præente lumine in Physis, & disciplinis, atque etiam in moribꝫ præclarè docuerunt Philosophi, securē pertractabimus, nullo lādendi conscientiam aut mores, periculo.

Demus igitur operam nos, qui studia literarum sequimur, cūm in his duabus præstantissimis animi facultatibus, omnia, quę ad huius & futuræ vitæ beatitudinem spectant, diuersimode reposita sint, vt seruata vtriusque proprietate in vero & necessario v̄su, vtramq; retineamus & rectē coniungamus, ea ratione, vt veritatis possessio, quę vtrinq; suo loco & ordine offertur, in uiolata maneat: Quę sanè veritatis possessio, quoniam bonum ac patrimonium publicum est, cōelo in terras demissum; omnes quoq; hoc age-

K 5 re de-

138 COL: PHIL. CVM THEOL.

re debemus, ut publi, & communibus ita
dñs, rem tam p̄eclarām, tamq; vīlēm
cōseruemus, ac posteris trādamus, quām
maximē illustratam, ne nostra inertia in-
tercidisse vel aliquod detrimentum ac-
cepisse videatur.

Ego quoque pro mea erga Rēpub.
litterariam animo ac studio omnibus mo-
dis propenso, hac mea qualicunq; com-
mentatione, quam non ita defendo, ve
sicubi meliora discere contingat, non sim
retractaturus, alijs doctioribus de his &
similibus, quæ ad publicam utilitatem re-
feruntur, differēdi & explicandi vbe-
rius atq; exquisitius, ansam &
occasione m̄ præbere
volui.

ΕΛΛΩΝΙΚΗ ΤΥΠΩΣΕΨ ΣΟΦΕΑ